

**S**Cholas pias & laudabiliter  
constitutas seminarium esse quoddam  
Ecclesiae & Reipublicae, ipsi Vos, Magni-  
fice & Nobilissime Dn. Praeses, ceteriq; reverendi, cla-  
rissimi, amplissimi, sapientissimiq; Viri, Domini &  
Patroni submisse colendi: ipsi Vos, inquam, melius  
sitis & consideratis, quam ego vel intelligere vel  
verbis exprimere queam. Quin & illud preclarè no-  
bi, quod fundamentum institutionis puerorum in  
Artibus sit Grammatica præsertim vero Latina.  
Hic quanto opere desudandum sit dorentibus pariter  
& discentibus ad annos plerumq; decem, aut amplius  
nam, experiuntur u qui molesuſſimo tædiosissimo q;g  
labori bujusmodi vacare solent.

Causam vero istius difficultatis & tarditatis  
progressionum inquisiverunt, superioribus tempori-  
bus Viri docti complures in omnibus propè Chri-  
stiani orbis partibus & locis. Nec infeliciter qui-  
dem invenerunt ac demonstrarunt, totisq; eam ani-  
mi & corporis viribus tollere, & in rectam ac pla-  
namducere viam tum docentes tum discentes sum-  
moperè labrarunt. Verum frustà pleriq;. Semper  
enim fuerunt homines invidi & maligni, qui ne tot  
annos tam multipliciter errasse, & ab aliis, quos se  
inferiores esse censent, aliquid didicisse viderentur,  
etiam manifeste Veritati pertinaciter repugnare  
ausi sunt: tantum absuit, ut & ipsi, pro eo ac par-  
erat, aliquid opera & studii adrepurgandas & po-  
liendas